



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Oecolampadivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

COLLATIO XIII.

institutionis huius sacramenti, Ex quo clarescit quum uerba hæc dominus dixerit in cœna agni pascalis Iudæorū, & post hæc primum hoc uenerabile instituit sacramentum, non debent ita præcedentia uerba in præiudiciū sacramenti illo modo uiolentari. Ideoq; & dñe doctor adferre claras scripturas, doctrinæ uestræ nouæ, quam Basileæ & scripsistis & docuistis, aut apud ecclesiam catholicam durate.

D. OECOLAMPADIUS.

Dilecti probiq; Christiani indifferentes opus est, & patientes aures habere, qui habet aures audiendi audiat, principio operæ pretiū ducō genuinum ac uerum intellectū dictorum ex sacris literis proponere. Doctrinæ uero & scriptis Anglorū regis, breuitatis causa, & ob dñorū meorū gratiosorum decretum, me nihil implicabo, neq; opus esset toties ecclesiæ nomen auribus meis inculcare. Cupio inq; cum ea audire uocem ueri pastoris & sponsi Christi. Omnia allegata doctoris Eckij dicta, adhuc non probāt desinere panis materiam, sed neq; suam conclusionem firmant, quæ ita sonat. Verum Christi corpus & sanguis eius præsentia sunt in sacramento altaris, quam illum sic intelligere reor eque in pane ac in cœlo esse, & si inuisibiliter ita ne est.

D. ECKIUS.

**A** Domino meo doctore de conclusionis meæ intellectu interrogatus, ualde mihi peregrinū adparet nostrā conclusionem iam in quartū diem disputari, & iam primū queri, qualiter ego eā intelligā. At breuiter, si Christi corpus quod in cœlo est, opiner in sacramento esse. Dico quum nisi unicū Christus corpus habeat, unum est corpus ex uirgine natum, mortuum, in cœlo sedens, & in sacramento existens.

D. OECOLAMPADIUS.

Primo inductum est dictum Iohan. vi. cap. eius tenoris. Panis quem ego dabo caro mea est, quem daturus sum pro mundi uita, hoc dictum talem in se habet intellectum, ipsum  
met